





1766,5  
585

DISSERTATIO  
DE  
**IVRE CIRCA BONA  
CONIVGVVM**  
NON FACTO OB ADVLTERIVM DIVORTIO  
NEC RECONCILIATIONE SEQVVTA  
ADDITA QVADAM APPLICATIONE  
AD  
**IVS BAADENSE**

EAM  
CONSENSV ILLVSTRIS FACVLTATIS  
DIE XXVIII. MARTII A. MDCCCLXVI.

*P R A E S I D E*  
**I A C O B O R A V E**

PH. ET I. D.  
CVRIAEC PROV. SAX. ADV. ORD. PHIL. PROF.  
EXTRAORD.

PUBLICAE DISQVISITIONI

SUBMITIT

**GEORGIVS FRIEDERICVS KLOSE**

L. L. C.  
BAADA - DVRLACENSIS.

IE NAE  
LITTERIS FELICIS FICKELSCHERRII.

discessatio  
de  
IARAE CIRCA BONA  
CONIAGAM  
NON TACTO OB ADALITRIAM DIVORTIO  
NEC RECONCILIATIONE SEQUITAT  
ADDITA QVADAM APPROPRIATIONE  
ad  
IAS BUDDENSIE

consensu illustris tractatibus  
de causis maritimali medietate

LA GO BO RAYAH

CHARACTERIA SAK ADA ORU CHINIPROR  
TETRAGRAM

LIBRISQ; DISPUTATIONI

GEORGIAE PREDICRIGAE RICEST

J. F. O.  
MUSICA DULCIENSI

LENTA

HISTORIÆ EPISTOLÆ HISTORIÆ

SERENISSIMO AC CLEMENTISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO  
DOMINO  
CAROLO FRIEDERICO

MARCHIONI IN BAADEN ET HACHBERG  
LANDGRAVIO IN SAVSENBERG COMITI IN  
SPONHEIM ET EBERSTEIN DYNASTAE IN  
ROETELN BAADENWEILER LAHR  
ET MAHLBERG ETC. ETC.

PRINCIPI SVO ET DOMINO  
LONGE CLEMENTISSIMO!

SERMONISMO VC CLEMENTISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO  
DOMINO  
CAROLO FRIEDERICO

MARCHIONI IN RYDING ET HUCHBERG  
GRANDEGRAVIO IN SAVARNBERG COMITI IN  
THORNHORN ET EBBERTSHEIM DYNASTAE IN  
ROETTELIN HUDDENAUER LARH  
ET MALTZBURG ETC etc

20  
PRINCIPI SAVO ET DOMINO  
LONGE CLEMENTISSIMO

SERENISSIME  
AC INDVLGENTISSIONE  
PRINCEPS ET DOMINE!

SERENISSIME  
AC INDVLGENTISSIONE  
PRINCEPS ET DOMINE

**Q**ua TV DOMINE indulgentia ac serenitate  
Musas beatas esse iubes, qua paterna subditos  
TVOS per TE felicissimos gratia amplecti ceu  
praesens numen, omnibus viribus et ex omni  
parte contendis: eadem digneris, has studiorum  
meorum primitias excipere, submissa mente peto.  
Votis ardentissimis, quibus fidelissimi subditi TVI  
GEORGIAE FREDERICAS RHOE

a sum-

a summo Deo salutem TVAM et TVORVM  
desideratissimam efflagitant, mea qualiacunque,  
eamdem pietatem in pectore gerens, iungo, ea-  
dem futurus TVVS

SERENISSIME  
AC INDVLGENTISSIME  
PRINCEPS ET DOMINE

Q  
ta DOMINE indulgenias ac felicitatis  
meas perire esse impie, dum pacem tuipotis  
TAVS per TE felicissimos fratres sublegi cen-  
tralibus munib; omnibus artibus et ex omni  
parte conteridis: sedemq; distans, his suadiorum  
meorum binigre excipere, tibi nullus meare peto.  
fidelissimus ac deuotissimus subditus  
Vox regumque ducumq; distansq; tuipotis IV  
GEORGIVS FRIEDERICVS KLOSE.



DE

IVRE CIRCA BONA CONIVGVM  
NON FACTO POST ADVLTERIVM DIVORTIO  
NEC SEQVVTIA RECONCILIATIONE  
ADDITA QVADAM AD IVS BAADENSE  
APPLICATIONE.

§. I

*Occasio dissertationis.*

**M**aritus cum vxore improle matrimonium per vi-  
ginti annos duxerat, placidum tamen et intur-  
batum. Vxor deinde ex cognatione sua puel-  
lam cum voluntate mariti recipiebat, et de ali-  
mentis illi prospiciebat. Eam maritus impra-  
gnabat, quod, quam primum vxor detexit, erat  
autem prima, quae detegebatur, in graue animi deliquium incidit.  
Maritus ad iudicium vocatus confictus et confessus de adulterio

A

com-



commissō, poenam statutam pecunia redimebat. Interea vxor fūrere non desit, semperque de adulterio eiusque injuria, de diuortio, de repetendis bonis suis, de nouo coniugio loqui. Exemta e domo mariti, vt ipsi ex officio curator litis daretur ad petendum diuortium, a magistratu petunt ipsius consanguinei, sed non obtinuerunt, expectandum enim lucidum interuallum esse putabat magistratus, nec caussam ferre, vt ex officio curator detur. Anno fere circumactō expectantibus semper consanguineis lucidum furiosae interuallum, quod tamen nunquam apparebat, in eo statu moriebatur, non reconciliata marito, quem nunquam post detectum adulterium tolerare voluerat, nec per diuortium ab ipso liberata. Retinebat maritus lucra successionis, quae satis ampla eo loco erant. Vxoris vero heredes an id ita deceret valde dubitarunt, putabant enim iniquissimum esse, vt maritus adulter ex dolo suo lucretur. Itaque quid in tali casu iuris esset quaerebatur?

## S. II.

### *Sensus quaestioni.*

Latet vero in hoc casu generalis quedam iuris quaestio: *Num scilicet non factō ob adulterium diuortio nec sequita tamen reconciliatio, coniux nocens lucro successionis carere cogatur, an vero, non nisi diuortio actualiter factō talis priuatio contingat?* Cuius quaestioni decisio ex eo pendet, an illud quod innocentī parti cedit ex adulterio alterius loco vindictae sive potius satisfactionis priuatae, sit sequela adulterii an sequela diuortii? an itaque non dissoluto etiam quod vinculum matrimonio, prōpter adulterium aliqua deterioratio iurium partis nocentis contingat, an vero demum dissoluto per diuortium matrimonio? Cuius rei vt perspiciat differentia notandum:

- 1) si ex diuortio demum factō pendet effectus ratione nocentis partis intuitu bonorum contingens, nihil tunc mutari per solum adulterium; sed innocentē coniuge prius defuncto, nocentem omnia successionis commoda accipere, nec heredibus innocentis quoddam ius remanere aut exceptionis aut actionis, licet adulterium luculentum sit, et animus innocentis

tis quoque petendi diuortium pateat, reconciliatio quoque non sit facta; quin adeo, diuortii querela etiam instituta, sed nondum decisa moriente innocentia, sisti eam, sicque diuortio non facto matrimonium ad mortem durasse, adeoque non mutari successionem. Et e contrario nocente parte praedefuncta, innocentem nihil commodi ex adulterio illius habere, sed alio modo non succedere, ac eo, quo successisset nullo adulterio facto.

- 2) Si vero ex adulterio pendet effectus mutationis bonorum ratione nocentis, et diuortium actualiter factum non requiritur, in contrarium modum sequitur, vt mortua parte innocentia, non facto diuortio, nec sequuta reconciliatione, heredes ipsius possint exceptione vel actione vti contra innocentem, cumque priuari commodis, quae ipsi non facto adulterio obuenissent ex successione innocentis, vna cum iis, quae ab ipso ad innocentem venissent. Et vt praemortua parte nocente, coniux superstes innocens excipiendo aut agendo sibi habere possit, quod propter adulterium ex alterius bonis ipsi obuenire debebat.

Periculum itaque faciamus, vt ex legibus eruatur, quid censendum sit.

§. III.

*De iure naturae quaestio resoluta.*

Quaero quid secundum principia aequitatis statuendum foret respeetu legum positivarum non habito? Pono itaque, matrimonium etiam ex praeceptis rationis iniri cum pacto indissolubilitatis et communicationis iurium, in eoqie differre a concubinatu; pono deinde, permittere ius naturae, vt propter perfidiam alterius coniugis, alter caussam diuertendi habeat, qua per-

fidia, quia altera pars laeditur, aequitati naturali conuenire, vt quamdam habeat satisfactionem, plane existimo. Porro non dubitandum videtur, esse id congruum rationi: ne quis ex dolo suo fiat locupletior, itaque sequi omnino debet: non facta iniuriae remissione in adulterio latere caussam, ex qua deterioratio iurium

¶

circa bona ex parte nocentis oritur, nullo licet diuortio mente  
concepto.

§. III.

*Romanis quid visum fuerit?*

Romanorum mores in matrimonio dirimendo et puniendo eo, ex cuius culpa fiebat, plane singulares fuerunt, et a nostris in totum diuersti. Non enim opus fuit, ut diuortium peteretur a magistratu, et hinc actio ad impetrandum diuortium institueretur, adeoque sententia declaratoria diuortii minime requirebatur, sed priuato arbitrio diuertendi licentia erat relicta a), ita ut, et bona gratia vtroque ita volente, et altero ita statuente et libellum repudii mittente, a matrimonio recedere liceret b). Sufficiebat hinc si quidem alter coniux alteri denunciaret; rem tuam tibi habe c) et dissolutum matrimonium erat, et quilibet vinculo exsolitus sua sibi habens aliis nuptiis se constringere non prohibebatur. Sequito vero diuortio de moribus instituebatur quaestio ab ea parte, quae sibi innocentiam tribuebat d), in eum finem, vt in poenam morum quibus diuortium erat cauſſatum, pars quaedam bonorum cederet innocentii e) quae de moribus disquisitio post factum demum diuortium locum habebat. Vnde apparent ante factum diuortium Romanis quaestione de mutatione bonorum in mentem noſi venisse, nec pro singulari ipsorum in diuertendo more in mentem venire potuisse.

a) NOODT in *Comment. ad π. L. 24. tit. 3. Oper. T. II.* p. 400.

b) VVLTIEIVS in *urispr. Rom. §. 1173. seqq.*

c) L. 2. §. 1. ff. de diuortiis.

d) GODOFREDVS ad L. 1. C. Theod. de dotibus.

e) BOEHMER I. E. P. L. IIII. tit. XX. §. 5. seqq.

§. V.

*Continuatio.*

Licet vero deinde ex variis imperatorum constitutionibus a) iustiae diuotorum cauſſae statuerentur, poenae quoque parti nocenti imponerentur, quae ex tali cauſſa alteri parti ad diuerten-

duum

dum occasionem dederat, parti innocentis tribuendae b), nec minus poena fumeretur ab eo, qui sine iusta causa dissidium fecerat, et alteram partem repudiauerat c) tamen licentia diuertendi priuatum semper mansit, nec vñquam introductum est, vt quarela diuortii publice moueri debuerit, nec vñquam obtinuit, vt, qui est iniusta causa repudiauerat coniugem, ad eum recipiendum cogeretur, licet poenam legis subire ob id deberet d). De moribus iudicium a Iustiniano e) suscepitur, quia definitis iustis et iniustis diuortiorum causis et poenis, ea disquisitione non amplius opus erat, sed simplici ex lege facta exceptione v. instituta actione omnia terminarentur. Ex quibus iterum concludi volo, non, nisi facto actu diuortio, aliquam de bonis partis nocentis et de imminutione iurium ipsius quaestione moueri potuisse.<sup>pos</sup>

- a) Huc spectat *Const. CONSTANTINI M. a. C. 331.* lata et in *COD. THEOD. L. 1. de repudiis* relata: *Placet mulieri non licere propter suas pravae cupiditates marito repudium mittere, exquisita causa velut ebrio aut aleator aut mulierculario.* Nec vero maritis per quascunque occasiones uxores suas dimittere. Sed in repudio mittendo a foemina haec sola crimina inquiri, si homicidiam, vel medicamentarium, vel sepulchrorum dissolutorem maritum suum esse probauerit, ut ita deinde laudata omnem suam dotem recipiat. Nam si praeter haec tria crimina repudium marito misserit, oportet eum usque ad aculum capitis in domo mariti deponere, et pro tam magna sui confidentia in insulam deportari. In masculis etiam si repudium mittant, haec tria crimina inquiri conueniet, si moecham, vel medicamentarium vel conciliatricem repudiare voluerit, nam si ab his criminibus liberar eicerit, omnem dotem restituere debet, et aliam non ducere. Quod si fecerit, priori coniugi facultas dabitur, eius donum inuadere, et omnem dotem posterioris uxoris ad sementipam transferre proinuria sibi illata. vid. *GODOFR. ad h. 1. successit constitutio HONORII, THEODOSII, et CONSTANTII a. C. 421. in COD. THEOD. L. 2. de repudiis* qua praecepitur: ne ex nullis aut ex morum viuis et propter mediocres culpas fiat diuortium, sed factum puniatur, ex grauibus vero causis atque inuoluta grauibus criminibus conscientia probata, fiat. Vbi iterum videndus *GODOFREDVS ad h. 1.* Quae deinde statuerint sequentes imperatores et ipse *IUSTINIANVS* breuiter enarravit *NOOT in Com. ad ff. L. XXIII. tit. 2. BOEHMER I. E. P. L. III. tit. 19. §. 13. 14. 15.*

A 3

b) Le-



- b) Leges in nota antec. all. volunt vxorem priuari dote, maritum donatione propter nuptias etc. quae latius exponentes vide auctores antea citatos; ad nostrum enim propositum vberior disquisitio eius non spectat.  
 c) iterum vide leges et auctores notae a.  
 d) hoc quoque patet et anterioribus notis.  
 e) L. II. C. de repudiis.

### §. VI.

#### Continuatio.

Quum de adulterio inprimis instituta quaestio sit, momentum est ex legibus Romanis praesertim nouioribus a) illud tam in uxore, quam in marito sius iustum repudii mittendi caussam, eoquo misso habendi aliquid ex bonis nocentis in eius poenam b). At vero, hac quoque posita diuertendi caussa, nisi missum repudium esset, poena statuta peti non poterat c). Quia propter in hac quoque singulari specie obtinet quod §. 4. 5. notauimus, non nisi facto actu diuortio motam esse de bonis quaestione, nec moueri potuisse, quia dissidii facti sequela fuit. In vniuersum itaque patebit, quaestionem §. II. motam ex iure romano eam accipere decisionem: Ne de priuatione iurium et bonorum coniugis nocentis quaestio incidat, nisi diuortio actu facto.

a) L. 8. C. de repudiis. Nou. 117. c. 8. 9.

b) L. 8. C. de repudiis §. 4. 5.

c) BOEHMER I. E. P. L. IIII. tit. XX. §. 2-23.

### §. VII.

#### Continuatio.

Neque tamen id eo traducendum est, quasi diuortium sequutum iure Romano fuerit poenae constitutae ratio efficiens, haec enim in culpa anteceſſa latebat sine dubio a) sed eo potius, ut, dissidio non facto, antegressa culpa effectum non sortiatur, dissidium itaque sit cauſa sine qua non haberet locum poena priuata culpae. Id vero iniquum videri non debet; nam quum licet, priuatum diuortium facere, nec illa ob id cognitione opus erat, quilibet credo perspiciet, facilime diuortium fieri potuisse et

❧ ❧ ❧

7

et sine ambagibus, adeoque quaestione, quid non factio diuortio iuris, si adsit culpa? non potuisse fere occurrere. Factio vero diuortio ob adulterium, et vxore nocente ante probatum illud mortua, IVSTINIANVS permisit, ut contra heredes vxoris haec probatio continuari possit a marito propter lucrum poenae inde prouenientis b) quo ipso recessit ab iis quae in veteri de moribus iudicio erant constituta, hoc enim ultra perlonam extendi non poterat, nec in haeredem dabatur, nec tribuebatur heredi c).

a) ea nimurum et diuortii et poenae rationem continebat.

b) L. 36. C. ad Leg. Iul. de adulter.

c) L. I. Cod. Theodos. de dotibus.

### §. VIII.

#### *Iuris canonici sanctiones circa diuortium receptae a nobis.*

Secundum ius canonicum integrum non est sine auctoritate judiciali et sententia diuortium facere a), licet eius adsit fat praegnantes caussae, ea itaque sententia direntoria matrimonii nondum facta dissolutum non est matrimonium. Quin adeo, ne potest secundum huius iuris principia, matrimonium in totum, sive quoad vinculum dissoluti b). Horum prius vniuersali fere praxi agnitus est, atque defenditur c), alterum vero Protestantibus, et merito, non placuit d). Singulari hinc actione et processu indiget diuortium antequam adest, et matrimonii dissolutionem operatur, singulari quoque caussa, inter quas praeter adulterium aliae quoque sunt, quas Protestantates iuri diuino conuenienter adsumunt e).

a) c. 3. X. de diuortiis. cfr. GONZALEZ TELLEZ ad h. l.

b) BOEHMER I. E. P. L. IIII. tit. 19. §. 19 vsg. 25.

c) Ex multis ERVNNEMANN iure eccles. L. 2. C. 17. §. 19. WERNHER P. V. obs. 124.

d) BOEHMER I. c. §. 25.

e) MOSHEIM de diuortio. BOEHMER I. c.

### §. VIII.



§. VIII.  
*De adulterii satisfactione priuata.*

Eminet inter caussas diuortii adulterium, cuius poena et publica est et priuata; haec huius loci. Vidimus, quae nam apud Romanos fuerit (§. V. VI.). Quae nam iure canonico et moribus, iam breuiter indagandum est. Et repetit quidem ius canonicum illud quod legibus romanis sanctum erat a) addito tamen hoc, vt si qua alia consuetudo obtineret loco quodam, ea obseruetur b). Moribus vero nostris, vbi ius Romanum in successione coniugum valet, eius quoque seruat praeceptum in adulterio, vbi vero peculiaris successio introducta est, ea quoque tanquam regula adsumitur in determinando eo, quod ex adulterio alterius pars innocens lucrari debeat c).

a) BOEHMER *I. E. P. L. IIII. tit. XX. §. 32.*

b) c. 10. X. *de confuetudin.*

c) LEISER *Sp. 519. BOEHMER I. c. §. 38.*

§. X.

*An secundum ius canonicum non factio diuortio haec poena priuata locum habeat?*

Ad ipsam quaestione propositam (§. II.) iam deducor, eamdem ex iure canonico tractaturus. Ex quo iure probari posse puto: *causam poenae priuatae adulterii in solo adulterio nisi, non sequito licet diuortio, modo nec sequita sit reconciliatio.* Huius adfert rationes repeto:

a) ext. 4. X. *de donatione inter vir. et uxor. vbi ita COELESTI-  
NVS III. Accidit, vt proponis, quod in parochia tua mulieres  
a viris suis caussa fornicationis recedunt, et sic usque ad mortem ipsorum  
permanere noscuntur, ipsis vero defunctis, cum a consanguineis,  
ad quos hereditates eorum perueniunt, dotem suam cum dotalitio re-  
petunt, eis audienciam denegant, et nonlunt restituere quod reposcunt:  
ob hanc causam, quia eo ipso se indignas fecisse noscuntur, quod a  
viris suis caussa fornicationis duxerunt recedendum. In hoc itaque  
dicimus, quod plerumque, si mulier ob causam fornicationis iudicio  
eccl-*



9

ecclesiae, aut propria voluntate a viro recesserit, nec reconciliata postea sit eidem, dotem vel dotalitium repeteret non valebit.

- b) ex eo, quia saltim quoad vinculum diuortium secundum ius canonicum fieri nequit (§. VIII.) et tamen haec poena priuationis admittitur, unde saltim emergit totale diuortium ex hoc iure non requiri.  
c) ex interpretatione Canonistarum, qui saltim concedant, quod mulier propter adulterium separata a viro, sit iudicio ecclesiae, sit priuata voluntate amittat dotem et donationem propter nuptias, et affirmant competere exceptionem, non factio licet diuortio. GONZALEZ TELLEZ ad c. 4. X. de donat. int. vir. et uxor. Tom. IIII. p. 293. seqq.  
d) ex argumento c. 10. X. de consuetudine vbi HONORIUS III. improbat consuetudinem illam, ut vxor fide coniugii violata committens adulterium, nihilominus medietatem bonorum quae fuerit vir adeptus, impudenter exigat, et improbe apprehendat, quae potius priuanda esset omnibus viri bonis, quo ipso affirmare videtur esse adulterium solum non concurrente etiam separatione priuandae confessionis fundamentum.

I. H. BOEHMER I. E. P. L. IIII. tit. XX. §. 23. et G. L. BOEHMER  
in princ. Iur. Can. §. 462.

### §. XL

Quae hinc proxime consequantur.

Quo praestructo haec sequi videntur:

- a) Adulterium non efficere, ut ipso iure dissolutum sit matrimonium, quod qui statueret, is oppido in leges et principia impingeret, neque id adseritur in iure canonico.  
b) efficere tamen, non dissoluto per diuortium licet matrimonio, vt poena eius priuata locum habeat.  
c) nisi reconciliatio facta sit inter coniuges.  
d) in eo itaque recedere ius canonicum a iure Romano, vt ad statuendam poenam priuatam adulterii non requirat diuortium actuale antegressum, quod ius Romanum requirit (§. VI.).  
e) In

B





e) In diiudicandis itaque conclusionibus in hac materia vtrumque ius accurate esse distinguendum, quod ni fiat omnia miscentur.

§. XII. *Item on Praxi Iuris canonici*

*Cuiusnam iuri principia in praxi sequenda sint?*

Tralatitium est, in diffensu iuris civilis et canonici huius in praxi praevalere auctoritatem a) saltim, siquidem etiam in genere dissentias, in matrimonialibus inter alia praevalere b), nisi ob diuersitatem principiorum religionis aliud dicendum sit c). Prono alio inde fluit, in ea etiam, quae proposita est, causa hanc regulam esse seruandam. Inuenio in illa diffensum romani et canonici iuris, illud tanquam conditionem sine qua non, requirit actuale diuortium, quo nondum facto, praegresso licet adulterio poena priuata nocentis partis locum non habet (§. VI.) hoc in solo adulterio eius poenae rationem constituit, non facto licet diuortio, modo nec sequuta reconciliacione (§. X.). Diuersitas principiorum religionis nostrae et pontificiae necessarium influum non habet ad reiiciendam sententiam iuris canonici, quod enim ius pontificium ex ratione sacramenti non admittat totale diuortium, nos admittamus, nihil differentiae in ipsa hac re efficit. Ex quibus sequitur hanc sententiam iuris canonici agnoscendam esse in foris nostris. Accedit, quod matrimoniorum et diuortiorum apud Romanos alia longe indoles fuerit (§. III. V.), ac nostrorum (§. VIII.) qui magis placita iuris canonici in modo diuortii faciendi sequimur; et quod aequitati magis congruat ex solo adulterio, quam ex adulterio et diuortio simul repetere priuatae satisfactionis fundamenta (§. III.).

a) STRVV. in hist. Iur. can. §. 33.

b) Ill. HELLFELDT Doctr. ff. §. 83. ID. in hist. Iur. Germ. c. VI.

c) BOEHMER de Praxi Iur. Can. in terris Protestant.

§. XIII.

*Specialis explicatio.*

Si ex mente iuris canonici priuata adulteri satisfactione in solo adulterio nititur (§. X.) et si idem in praxi forensi Protestantium obti-

obtinere debet (§. XII.) sique per leges a) licet: ut quoties lege aliquid vnum vel alterum introducunt est, bona occasio fit, cetera, quae tendunt ad eamdem utilitatem interpretatione vel iurisdictione suppleri: age videamus de singulis quae in proposita specie obuenire possunt exemplis, ut eruamus, quid in unoquaque eorum considerandum et dicendum sit. Emergere autem haec possunt 1) ut coniux innocens moriatur ante nocentem, 2) ut coniux nocens moriatur ante innocentem. Et in utraque consideratione iterum quaerendum est, quid moto iam de diuertito processu, et quid eo nondum moto, et tam ratione facultatis excipiendi quam agendi iuris esse queat.

a) L. 13. ff. de Legibus.

§. XIII.

*Quando omnis quaestio cesse?*

Antequam ipsam inspectionem aggredimur hoc tenendum est, omnem quaestionein cessare 1) si pars innocens vel expresse vel tacite adulterium remisit, dum scilicet comperto adulterio tenuit, nec conquestus est, sed cohabitauit deinde; aut alio modo gratiam fecit, vno verbo reconciliata est cum adulterante parte; 2) si ignorauit pars innocens iniuriam sibi factam et in hac ignorantia mortua est, tunc enim, quia nemo praefumitur in studio vltiscendi spiritum emisisse, potius, si delictum sciuisse, in dubio censemur, illud se remissurum fuisse, nulla admittantur disceptatio; quia in dubio ad absoluendum debemus esse procliuiores et benigniora praeferre a), nisi apertiora sint in contrarium signa, imprimis si iam ob culpam antecedentem nocentis separatio a thoro et mensa facta est b).

a) BOEHMER I. E. P. L. III, Tit. XX. §. 25.

b) CONR. MAVSERVS de nuptiis L. II. C. V. §. 30.

§. XV.

*Quando non cesse?*

Erunt fortasse, qui edocti, per mortem innocentis praefumtionem remissionis induci a) adeoque poenam adulterii mitigari b)

B 2

hoc



hoc eo quoque pertinere putabunt, ut nulla de satisfactione priuata quaestio amplius moueri queat. His vero opponendum est, praesumptionem, quae ad quemdam effectum sufficit, ad alios effectus statim non sufficere. Sufficit mors innocentis, inde ducta de remissione praesumptio ad mitigandam adulterii poenam, sed non sufficit ad tollendum ius priuatae satisfactionis, siquidem nec vera nec ficta (§. XVIII.) remissio adest, potius innocens pars remissionem strenue detrectavit, de adulterio priuatum conquestus est, illud sciuit a thoro et mensa iam antea separata fuit, seque ab omni confortio nocentis deinde abstinuit, in animi delinquum propter iniuriam factam incidit, ad petendum diuortium paratus fuit, non nisi impedimento quodam aut mortis acceleratione impeditus. Quod aperte satis patet ex all. §. X. legibus canonicis quibus post iniuriam innocentis admittitur adulterii exceptio c).

a) LEISER Sp. 589. m. 18. 19. 25. 26. 27.

b) CARPOZ. Praxi crimin. P. II. Q. 55. 49. 50. seqq.

c) Interim non extra dubitationis aleam haec sententia posita est apud DD, licet legibus consentanea sit. Plurimi enim legum canonicularum rationem non habentes, et quod in praxi de morte innocentis ad remissionem factam traducitur argumentum propter poenae mitigationem ad priuaram quoque satisfactionem applicantes, admodum leues sunt et faciles erga partem nocentem. Videas modo WERNHERI P. II. Obs. 465. ibique exans responsum. Placet seuerior animus aliorum BOEHMERI in I. E. P. L. III. tit. XX. §. 25. et Ill. FVFFENDORFII Tom. III. Obs. 122.

### §. XVI.

#### *De adulterio aperto et praesunto.*

Hac discussa quaestione iam et hoc videndum est: *an ex aperto adulterio tantum, an vero etiam ex praesunto haec satisfactio priuata locum habeat non factio licet diuortio?* Notum est ex criminalibus a) quantum pertineat ad apertum sive verum adulterium, notum etiam est ex iure matrimoniali b) ad diuortium petendum sufficere adulterium praesumptum id est ex grauissimis et violentis coniecturis constans et moraliter certum. Et omnino dicendum est, praesumptum etiam adulterium sufficere ad poenam priuatam, dum



dum enim illud sufficit ad diuortium, et legibus edoceamur, illud adulterium quod sufficit ad diuortium, sufficere quoque ad poenam priuatam c), iamque satis indignum reddere coniugem non centem d) non negandum erit, idem illud etiam sufficere non factio diuortio ad poenam priuatam statuendam e).

- a) ENGAV Elem. Iur. crim. L. I. §. 184. seqq. III. BOEHMER Elem. Iur. crim. Sest. II. §. 274. seqq.
- b) c. 12. X. de praesumptione. c. 27. X. de testibus BRÜCKNER decis. iur. matrim. C. XVII. no. 33. 36. 43. LEISER Spec. 577.
- c) nam haec satisfactione priuata pertinet ad ciuilem persequitionem, adeoque illud quod ad hanc sufficit, sufficit etiam ad illam. LEISER Spec. 579. m. 23. 24. Praeterea cum ius canonicum adulterium praefustum sufficere puter ad diuortium tanquam maius, multo magis ad poenam priuatam tanquam minus. Addatur: MUNINGER in Resp. I. no. 37. seqq.
- d) ex indignite partis nocentis imprimis repentina esse argumenta satisfactionis priuatae adulterii recte adsumat BYNCKERSHOECK in questione. Iur. priu. L. II. C. 8.
- e) BOEHMER I. E. P. L. IIII. tit. XX. §. 31.

### §. XVII.

*Praemortuo innocentie coniuge non factio diuortio quid iuris in excipiendo.*

Iam enufs scopolis age ad ipsam rem veniamus. Itaque, si innocens pars ante nocentem moriatur, non reconciliata eidem nec diuortio factio, quid obtinebit? Et primo quidem intuitu apparet, processum diuortii si qui forte institutus est ab innocentem, continuari ab ipsis heredibus non posse, nec, non institutum moueri. Mors enim soluit matrimonium, itaque quid diuortio amplius opus? Qua propter alio modo huius rei rationes subducendae sunt, ut heredibus innocentis subueniamus. Distinguendum huic erit; aut heredes innocentis partis sunt in possessione eorum quae in satisfactionem nocentis innocentii vindicantur a legibus, aut non sunt. Prior casus potissimum obueniet, si vxor est pars nocens. Et in hoc quidem casu nullum fere dubium habet, nocenti coniugi, qui petit suum et lucra successoris, opponi posse exceptionem fornicationis sive adulterii, eaque



probata (§. XVI.) nocentem illud amittere, quod repetitura et acceptura fuisset. Est hic ipse causus c. 4. X. de donat. inter vir. et uxorem in cuius definitione haec tota res fere se fundat (§. X.). Idque ita procedere agnoscunt potiores iuris interpretes a). Qui vero in eo dissentunt, nimis ad ius romanum respexisse et regulae illi: actiones poenales et vindictam spirantes per mortem extinguntur, quae in aliis caussis fatis fundata est, contra clara verba legum canoniarum inhaesisse videntur b).

a) BOEHMER l.c. §. 25. III. PUFFENDORF Tom. III. obf. 122. III. GE. LVD. BOEHMER in princip. Iur. can. §. 462. CONR. MAVSER de nuptiis L. II. C. 5. §. 29. GONZALEZ TELLEZ ad c. 4. X. de donat. inter vir. et uxor.

b) LEISER Sp. 579. m. 26. ENGAV El. Iur. crim. L. I. §. 206. \*).

### §. XVIII.

#### *Quid eo casu iuris in agendo.*

Et haec tenus quidem caussa bene gesta videtur. Iam vero et ea incidit quaestio: num heredes innocentis agere possint aduersus nocentem ad consequendam satisfactionem priuatam, quae ex adulterio debitura fuisset innocentii praemortuo non facta licet diuertio? quae species obuenire potest si maritus est pars nocens. Video dubitare de hoc plerosque illorum, quos allegati patronos sententiae in §. XVII. propositae. Dicunt enim 1) facilius a legibus concedi exceptionem, quam actionem in caussa delicti, unde adulterium non nisi intra quinquennium accufari potest a) et tamen per viam exceptionis perpetuo de eo opponi potest b); 2) leges canonicas non nisi eascum exceptionis oppositae continere, qui eo facilius admittendus est, quum heredes magis per oppositam exceptionem ius defuncto competens et ab ipso iam exerceri incepsum continent, quam ibi peculiare ius arrogent c); nec antiquam de moribus actionem, nec vilam aliam actionem poenam intendentem ab heredibus moueri posse d).

a) L. 29. §. 5. 6. 7. ff. et l. 5. C. ad leg. Iul. de adult.

b) L. 5. §. 6. ff. de doli except.

c) hoc

- c) hoc in priñis vrget GONZALEZ TELBEZ I. c.  
 d) L. i. Cod. Theod. de repudiis. L. 13. pr. ff. de iniuriis. L. i. §. 1. ff.  
 de delictis priu. L. i. C. de revoc. donat.

### §. XVIII.

#### *Continuatio.*

Nec tamen his rationibus in eam partem abripior, potius contendeo, competere etiam heredibus innocentis actionem aduersus nocentem non facto licet diuortio, sed tamen non facta quoque reconciliatione. Inducor vero his rationibus:

- a) quia actio quae instituitur ad priuandum nocentem coniugem iis, quae propter adulterium ipsius pertinet ad alteram partem, magis rei persequitoria est, quam poenalis. Noua res videbitur, sed idcirco non minus vera. Hoc inde probo: cum de moribus actio olim instituta excludebat accusationem adulterii a), vtique poenalis erat haec actio, et liberum an quis ad poenam priuatam agere, an publico iudicio experiri vellet, hoc vero quibusdam videtur ipso iure Romano sublatum b), ita vt, et accusari adulterium et haec priuata satisfactione exigi potuerit, quae proinde poenae rationem habere non poterit, quum nunquam duplice iudicio poenali actum sit apud Romanos. His vero sepositis, nemo negat, iure nostro publice vindicari adulterium, et tamen hanc quoque priuatam satisfactionem exigi c), non potest itaque esse poena, quum praeterea actionum poenaliū usus a fanioribus d) in foris nostris negetur; itaque concludo esse hanc actionem rei persequitoriam, quae ad danni reparationem tendit, eodem modo ac conditio furtiva,

a) BRISSON. ad leg. Iul. de adult. C. 19. L. II. §. 3. ff. ad leg. Iul. de adult. BOEHMER I. E. P. L. III. tit. 20. §. 13.

b) Nou. 117. C. 8. §. 2. BOEHMER c. l. §. 19.

c) ENGAV Iur. crim. L. i. §. 205. seqq.

d) III. HELLFELDT Doctr. ff. §. 430.

- b) quia si facto diuortio haec priuatio heredibus non denegatur, quare non facto diuortio ipsis deneganda foret, quum



quum illud iam non sit conditio necessaria huius priuationis (§. X.).

- c) quia dum leges canonicae indignam iudicant partem nocentem, quae petat ab heredibus nocentis, quare ipsam dignam iudicare possent, quae retineat (§. XIII.).
- d) quia ratio aequitatis adsistit, quae non permittit, ut quis ex delicto suo lucretur (§. III.).

### §. XX.

#### *Continuatio.*

De rationibus vero aduersae partis ex the queritis. Earum prima satis vera est, sed propter contraria argumenta huic non applicanda. Altera falsa, nam licet de casu singulari dicant leges canonicae, casum similem tamen, eadem ratione legis apparente non excludunt; nec agendo quoque heredes peculiare ius sibi arrogant, sed quod a defuncto acceptum habent. Tertia ex parte vera, sed quia differt haec priuatoria actio a iudicio morum, non proficia, ex parte in tantum falsa; nam non in vniuersum praescribitur a legibus, ne actio ad poenam instituatur ab heredibus a) nec praeterea haec de qua dicimus actio penal is est (§. XVIII.).

a) L. I. §. I. de priuatis delictis.

### §. XXI.

#### *Casus discreti si heredes agere volunt.*

Potest autem duplex casus emergere heredibus agere voluntibus, aut enim iam publico iudicio de adulterio quaestio infinita et finita est, aut non. Priori casu res iam minus dubii habebit, sed nec altero casu mihi dubium subesse videtur, quin heredes innocentis possint posita non facta reconciliatione (§. XV.) probationem adulterii suscipere, et hanc priuatam satisfactionem petere (§. XVIII.). In utroque vero casu expectanda mors innocentis est, quia alias constare nequit de non facta condonatione adulterii.

### §. XXII.



## §. XXII.

*Ad quid agi possit.*

Adulterii priuata satisfactio quid contineat supra §. V. VIII. endatum est. Ad hoc itaque obtainendum comparata erit haec actio. Vnde heredes innocentis vxoris agentes, partim repetituri sunt a marito nocente illata vxoris, partim, quae propter adulterium ex ipsis bonis innocentis parti obueniunt. Hinc iure communi exacturi sunt constituta dote, illam et reliqua illata, et constitutam donationem propter nuptias a) non constituta dote vero, illata, et ex reliquis mariti bonis quartam partem b). Quid vero iure prouinciali, cuiilibet in specie inspiciendum relinquitur.

a) *Nou. 117. C. 9. Nou. CXXXIII. C. 10.*

b) *L. II. C. de repudiis. coll. Nou. CXXXIII. C. 10.*

## §. XXIII.

*Huius actionis indeoles.*

Poterit haec actio heredum innocentis partis nomine *utilis actionis* ex c. 4. X. de donat. inter vir. et vxorem insigniri, aut si maius actionis in factum, aut, si hoc melius placet, *conditionis* ex c. 4. X. de donat. inter vir. et vxor. Et erit quidem haec ipsis definitio: *est actio parti innocentis eiusque heredibus competens in partem nocentem, ex adulterio ipsis commisso, facto diuortio vel non sequuta saltim reconciliatione, ad id, ut, quod in satisfactionem priuatam ex legibus propter adulterium ipsis debetur, tribuatur.*

## SCHOOL.

Iam quenam ad casum §. I. prolatum danda fuerit responsio patet.

## §. XXIII.

*Quibus heredibus remedium exceptionis et actionis competit.*

Quidam cum CARPOVIO a) haec heredum partis innocentis in excipiendo et agendo remedia ad solos heredes descendentes



tes pertinere volunt, sed absque quadam solida ratione, quam  
hac, quia ita volunt. Vnde quum ex differentia heredum non  
apparet differentiae ratio in hac causa, nec leges aliquam restri-  
ctionem addant b) merito omnibus heredibus hoc exceptionis et  
actionis remedium tribuimus c).

a) in *Defin. Iur. for. P. III. Conf. 26. Def. 12.*

b) quae enim c. 4. X. de donat. inter vir. et vxor. occurunt de consanguini-  
neis, ex casu oblatio sunt, non dispositiva.

c) BOEHMER I. E. P. Lib. IIII. tit. XX. §. 27.

### §. XXV.

#### *De exceptione compensationis opposita.*

Ita agentibus vel excipientibus heredibus partis innocentis  
quaeritur an replica adulterii in vim compensationis opponi possit?  
mutuum adulterium compensari inter ipsos coniuges in eam vim,  
ne matrimonium dissoluatur, dubium non habet<sup>a</sup>). Sed hac replica  
nocentem partem se tueri posse mortuo innocentie contra heredes  
ipsius, non videtur. Nam 1) matrimonium morte solutum est,  
adeoque scopus propter quem haec exceptio validura fuisset, cef-  
sat; 2) quaestio de delicto post mortem cuiusdam in regula mor-  
tueri amplius nequit, et 3) quod maximum est, replica doli ab al-  
tero aequie admissi ad captandum lucrum ex suo dolo, legibus pro-  
hibita est b).

a) C. 6. X. de adulteriis.

b) L. 4. §. 13. ff. de doli malii et metus except. FVFFENDORF Tom. III.  
Obs. 123.

### §. XXVI.

#### *Praemortua parte nocente quid iuris in excipiendo.*

Iam ad eam disceptationem ducor; quid nocente ex adulte-  
rio coniuge praemortuo iuris sit, siquidem nullum diuortium fue-  
rit factum, nec tamen sequuta quoque reconciliatio (§. XIII.).  
Potest hic casus ita occurrere, vt innocens coniux velit se excep-  
tione tueri contra heredes nocentis repetentes bona ipsius, pot-  
est vero et ita, vt velit agere contra hos nocentis partis heredes.

Re-

Respiciamus prius ad casum exceptionis opponendae. Credo vtique talem exceptionem innocentis locum habere; mouent quae §. X. et XIII. dicta sunt, quibus accedit IUSTINIANI in l. 36. C. ad leg. Iul. de adulst. dispositio, qua permittitur, marito innocentis, ad lucrum dotis habendum post mortem vxoris nocentis ex adulterio, eius exceptione opposita et probata vti aduersus heredes vxoris repetentes. In qua quidem lege supponitur diuortium esse factum, sed id non impedit, quo minus et hoc trahatur, vbi diuortium factum non est, quia hoc scilicet iure canonico non requiritur (§. X.) et saltim patet, placuisse id Iustiniiano, vt talis exceptio post mortem nocentis opponi possit a).

- Vnde subsumere:
- 1) maritum innocentem recte contra heredes vxoris adulterantis cui reconciliatus non est, et contra quam ad diuortium agere impeditus fuit, illata repetentes hac adulterii exceptione vti, ad retinendum ex bonis vxoris, quae ipse ex adulterio debentur.
  - 2) vxorem innocentem si forte in possessione hereditatis maritalis est, positis iisdem circumstantiis eodem vti remedio indeque ius retentionis exercere.

a) BERLICH. P. III. Conc. 30. n. 30. seqq. BOEHMER l. c. §. 28.

### §. XXVII.

#### *Quid in agendo iuris.*

Actio innocentis aduersus nocentis coniugis heredes duplci modo obuenire videtur: 1) si maritus innocens dotem non solam ab heredibus vxoris adulterantis petit; 2) si vxor innocens illud quod sibi ex bonis mariti adulterantis debetur, petit. In vtraque specie non gratuitob concide actionem subnixus rationibus anterioribus §. X. XIII. XVIII.

BOEHMER l. c. §. 28.

### §. XXVIII.

#### *De adulterio luculento et illuculento.*

De delicto post mortem hominis institui quaeftionem mirum videbitur, quum omni iure repugnare censeatur a). Et tamen exce-

C 2



exceptione adulterii post mortem nocentis opposita eius hereditibus, vel actione adeo ex adulterio mota, de delicto post mortem quaeri deprehenditur. Sed considerandum est, non de delicto qua delicto in nostra specie quaeri, verum respectu satisfactionis privatae (§. XIII.). Praeterea cuilibet elucebit, non de illucuento, vago et sufficiente probatione non suffulto adulterio hoc habere locum, sed de luculento et in primis iam criminaliter vindicato.

a) BOEHMER *Elem. Iurispr. Crim. Sect. I. C. 20. §. 344-345.*

#### SCHOL. I.

Facile obseruabitur a quolibet, coniugi innocentia, si ex lege successionis aut paclis dotalibus satis ipsi prospicuum est, non opus esse, ut longam de adulterio quaestione post mortem nocentis instituat. Sed eo remedio tantum indigere, siquidem alias non succederet, saltem non adeo lautis conditionibus, quam si ex adulterio excipit vel agit.

#### SCHOL. II.

De malitiosa desertione an quaestiones hactenus motae possint citidem moueri, iam non disquiram. BOEHMER *I. E. P. L. III. tit. 20. §. 30.*

#### SCHOL. III.

Vsus totius huius argumenti in Saxonia diiudicari potest ex *Conflitt. P. IIII. C. 21.*: *Unsere Verordnete seynd dessen einig, da der Mann bey seinem Leben des Weibes Ehebruch gewißt, das geeifert, das Weib ausgetrieben, oder sich dessen beklaget, doch mit dem Tode überreilet worden, daß die Erben in dem Fall in des Verstorbenen Rechte treten, dabey wir es auch bleiben lassen.* Vid. CARPOVIVM ad hunc locum.

#### §. XXVIII.

*Vsus argumenti ex iure Baadenfi.*

Ad dulcissimae patriae meae iura iam se vertit oratio, haec quid in proposita specie disponant, tractaturus. Rem ex accurate et completo legum Badensium corpore quod inscribitur: *Landrecht der Fürstenthümer und Landen der Marggräfchaften Baaden und Hachberg etc.* quod impressum est auctoritate principali anno 1710. in folio tradam. Et quia peroranda causa id ita exigere vide-

videtur, agam 1) de bonorum inter coniuges ex hoc iure statu, 2) de successione inter coniuges, 3) de eo quid iuris factio adulterio non sequito diuortio nec reconciliatione.

### §. XXX.

#### *De statu bonorum inter coniuges ex pactis Iure Baadenſi.*

Ad ediscendum hoc quid iure BAADENSI in bonis coniugum obtineat ipso durante matrimonio, duplex casus distinguendus est, alter, si pacto dotali bona quaedam ab ipsis coniugibus aut aliis eorum nomine ad scopum matrimonii consecrata sunt, alter, si absque praecedente pacto de bonis, matrimonium initum est. Ad priorem casum spectat, si constituitur *eine Ehesteuer, damit die Last künftiges Ehestands mit weniger Beschwerlichkeit ertragen werde, ein ehrlieches Heiraths-Gut und Zugab oder Wiederlag a).* Et *Heiraths-Gut* quidem constitui dicitur ex parte feminae b), *Zugab oder Wiederlag* ex parte mariti c) unde intelligi poterit, sub priori iure BAADENSI intelligi dotem, sub altero donationem propter nuptias. Itaque de his inter coniuges pacto inito, leges Baadenſes omnem fere iuris romani dispositionem in se translataam continent. Scilicet dotem et donationem propter nuptias constitueranda esse a patre coniugum de necessitate d) constituit vero posse etiam ab aliis e). Singulatum vero statuitur, destitutos parentibus et minores adhuc id est vicesimum quintum annum nondum egriffos, constituerre debere scientibus et consentientibus *ihre Pfleger und Vormünder f)* additur, omnia quoque bona a coniugibus *die keine Kinder in die Ehe bringen* posse destinari *zur Ehesteuer g).* Marito deinde id iuris in dotem tribuitur quod etiam ex iure Romano habet h) vxori item intuitu repetitionis tam durante matrimonio i) quam soluto k). Singulatum obseruauit, donationem propter nuptias die *Zugab, die Wiederlag* accipi in iure Baadenſi pro eo, quod vere est ex iure Romano l) scilicet: *substantia bonorum ex parte mariti ad ferenda matrimonii onera definita m).* Id deinde singulare est, quod inter dotem et donationem propter nuptias non opus fit, ut perfecta aequalitas obseruetur ex hoc iure n).

a) *B. L. R. Th. III. tit. 24. proe.*

b) *l. c. §. 4.*

c) *ibid.*

d) *l. c.*



- d) l. c. §. 1.                    e) l. c. §. 2. 5. it. Th. VI. tit. 8.                    f) l. c. §. 2.  
 g) l. c. §. 7.                    h) l. c. §. 10. 11. 12. 13. 14. 15. et tit. 25.  
 i) l. c. §. 10.                    k) l. c. tit. 25. 26.  
 l) PRAES. Diff. de vera indeole donationis propter nuptias Romanae.  
 m) l. c. tit. 24. proem. et §. 10.                    n) l. c. §. 4.

### §. XXXI.

*Quid in reliquis bonis praeter dotem et donationem propter nuptias ex Iure Baadeni in matrimonio obtineat.*

De reliquis vero bonis coniugum doti et donationi propter nuptias non suppositis durante matrimonio, nihil constitutum inuenio in iure Baadeni. Concludo hinc, reliqua bona vxoris, quae praeter dotem infert marito, habere rationem paraphernorum, et quia id ipsum ius Baadeni quibusdam locis vult a) diuidicari ex iure communi, adeoque maritum vxoris permisum eorum habere administrationem b), quod et Germaniae moribus conuenit c). Quae vero praeterea adquirunter in matrimonio, praeter hoc quod cuiusque coniugis aut durante matrimonio fit, aut antea fuit, commune inter utrosque efficitur d).

- a) B. L. R. Th. III. tit. 14. §. 1. Wo sich sonst in Ehefachen andre Fäll, so in dieser unsrer Ehe-Ordnung nicht ausgedrückt begriffen und versehen, zuträgen - - sollen dieselben nach Ausweifung göttlicher und meiner beschriebener Recht decidirt und entschieden werden. Th. V. tit. 1. proem. it. Th. V. tit. 22. §. 2. it. Th. VI. tit. 17. §. 13.  
 b) L. 8. C. de pactis conuentis. L. 9. §. 2. ff. de iure dotium.  
 c) IEREM. EBERH. LINCK de paraphernis Arg. 1730.  
 d) perspicitur hoc ex Th. VI. tit. 5.

### §. XXXII.

*De statu bonorum ex iure Baadeni inter coniuges non constituto pacto.*

Quodsi vero de dote et donatione propter nuptias nihil pactis conuentum est (§. XXX.) bona vxoris ex iure BAADENI paraphernorum iure conferi videntur a) quorum administrationem mari-



marito permittere et non permittere, vxori integrum est b).  
Ad quaestus vero sit communis c).

a) dicitur enim dinoris locis *einbringen, zubringen.*

b) id paraphernorum natura secum fert.

c) Th. VI. tit. V. et tit. XI. XII.

### §. XXXIII.

#### *De successione coniugum ex iure Baadensi per pactum.*

De successione coniugum ex iure Baadensi (§. XXVIII.) diuersi casus separandi sunt. Dicamus prius de successione ex pactis dotalibus. His successione coniugum definiri permittit ius Baadense a): Nachdem auch gemeinlich bey solcher Verordnung und Setzung der Ehesteuer und Wiederlagen, allerhand Pakten und Geding, was auf eines oder des andern Ehegenächts Absterben das letztlbende an gedachtem Heiraths-Gut Wiederlag oder andern des Verstorbenen zugebrachten ererben und errungenen Gütern gewinnen, eigentlich oder neßlich inne haben und behalten solle, abgeredt und beschlossen werden; so ordnen, setzen und wollen wir, daß dergleichen Eheberedungen in Gegenwart aufs wenigste fünf der nächstgesippsten Freunde, oder anderer ehrbarer glaubewürdiger Personen abgeredt, alsdann solche Eheberedung entweder in jedes Orts Amts- und Gerichts-Buch der Gebühr eingeschrieben, oder darüber Heyraths-Brief aufgerichtet, und von den Contrahenten und andern Anwesenden oder den Beamten besieglet werden, sonst aber keineswegs gültig seyn sollen. Qui locus commentario non indiget.

a) Th. VI. tit. §.

### §. XXXIII.

#### *De successione coniugum ex iure Baadensi ab intestato.*

Pactis dotalibus de futura successione inter coniuges non interuenientibus ab intestato ipsorum successio de iure Baadensi distinctis his casibus proponitur: vt

I) in casum, si liberi ex matrimonio extant, disponatur: proprietatem omnium defuncti honorum deferri liberis a) de adquaestu vero coniugali, praemortuo morito vxor tertiam partem



tem b) reliquias duas liberi, praemortua vxore, maritus duas partes c) vnam liberi habeant. Inuentarium statim fieri bonorum ita ad liberos delatorum c) quae dicuntur *verfangen* Güter d) parentem superstitem sua sibi habere e), nec ea esse liberis vlo iure obligata, (*verfangen*) nequidem ea, quae ex adquaestu peruererunt ad superstitem f).

a) Th. VI. tit. 5. proem.

c) l. c. §. 2.

e) ibid. §. 2.

b) l. c. §. 1.

d) l. c. §. 1.

f) Th. VI. lit. 9.

II) in eodem casu *patri superstiti* administratio et vsumfructus bonorum, liberis iure proprietatis a matre hereditate delatorum, ad dies vitae absque rationum redditione, seruata modo liberis proprietate, adscribatur, adeo vt liberi, *weil der Vater zu solcher Verwaltung Vernunft und Wesens halber geschickt ist*, tuteore non indigeant a). Matri vero *superstiti* quamdiu in viduitate permanet, posseffio et vsumfructus bonorum liberis ex patre iure proprietatis adquisitorum ob ihr gleich nach *Satzung der Rechte dieses nicht gebühret, dennoch weil es in unsfern Fürstenthümern und Landen bisher so gehalten worden*, ita competit at tutrix confirmanda sit, et tanquam tutor agere debeat, aut si alius quoque tutor constitutuar, tamen hanc posseffionem et vsumfructum durante viduitate retineat b).

a) Th. VI. tit. VI.

b) l. c. tit. VII.

III) teneatur tamen in eodem casu et pater et mater liberis per alimenta congrua et educationem conuenientem prospicer, eosque oblata nubendi conditione ex propriis aut his bonis liberorum, quibus fruuntur, elocare a).

a) Th. VI. tit. VIII.

III) Matre secundo nubente vsumfructus debeat cessare, nisi quod, si pauper sit, et superstites maritus locuples, nec adquaestus adeptus sufficiens, quartae partis bonorum liberis debitorum, si eorum tres, sin plures, partis virilis vsumfructum retineat a).

a) Th. VI. tit. VII. §. 3.

§. XXXV.

§. XXXV.

*Continuatio.*

- Liberis vero non relictis ab intestato coniux ita succedit, vt  
 I) tertiam partem bonorum superstitis iure proprietatis accipiat a).  
 II) ex adquaestu coniugalí maritus superstes duas partes vxor  
 superstes tertiam partem iure proprietatis habeat b).  
 III) reliqua iure proprietatis ad heredes defuncti coniugis perueniant, qui tempore mortis defuncti coniugis proximiores  
 sunt c).  
 III) Vfusfructus omnium eorum vero, ad heredes defuncti coniugis iure proprietatis deuolutorum, apud superstitem maneat d).  
 V) Nisi quod vxoris was an Kleidern, Kleinodien und andern so  
 zu ihren Leib gehörēt, fuit, statim pleno iure dominii ad ipsius  
 heredes pertineat, et retro das Mannes Rüstung, Harnisch und  
 Gewehr ad heredem masculum mariti e).

a) Th. VI. tit. XI. proem.

b) ibid. §. I.

c) ibid. proem.

d) ibid. §. I.

d) ibid. §. I.

§. XXXVI.

*De successione coniugum ex iure Badensi per testamentum.*

Non impediuntur coniuges per ius BAADENSE testamento  
 sibi intuicem prospicere, idque altero coniuge testante praecepitur,  
 vt alteri partem quam ab intestato habiturus fuisset (§. XXXIII.  
 XXXV.) tanquam legitimam einen Pflicht-Theil a) relinquit.

a) Th. V. tit. XVI.

§. XXXVII.

*De iure ex adulterio non factō diuorrio nec sequente  
 reconciliatione.*

Iam hoc enodandum est, quid factō adulterio, non factō diuor-  
 tio nec sequuta reconciliatione iuris ex iure Baadensi (§. XXIX.).

D

Vide-



Videbis, quam mirifice hoc ius confirmet ea, quae superius generatim disputata sunt. En itaque ipsa huius iuris verba: da eine Frau an ihren Mann ehebrüchtig worden, soll sie nicht allein ihr eigen zugebrachtes Heiraths-Gut (dann die paraphernalia hierunter nicht gemeinet) soudern auch, was sie ferner von ihres Mannes Haab und Gut, nach Ausweisung aufgerichteter Heiraths-Abred (§. XXXIII.) oder sonst nach unsern Erbrecht (XXXIII. XXXV.) zu gewarten hat, ganz und gar verwürkt haben, und selbiges alles dem Mann, ODER DESSEN ERBEN eigenthümlich heimfallen, es wäre dann, daß er sich wiederum mit ihr versönet, und eheliche Beywohnung leisten thäte, ist es alsden desfalls zu halten, wie in unsrer Ehe-Ordnung Meldung geschieht. Und was wir anitzt von des Weibes Heiraths-Gut verordnet, das wollen wir von Wiederlag des Mannes im Fall derselbe an seiner Haus-Frau ehebrüchtig würde, verstanden haben a). Et alio loco idem cum additamento inculcatur: Wenn auch ihr der Eheleute eins an den andern ehebrüchtig wird: so soll nicht allein das, was es sonst vermöge dieser Erbordnung, von dem andern zu gewartet, sonderlich auch dazu sein zugebrachtes Heiraths-Gut oder so kein geieffes Heiraths-Gut bestimmt den vierten Theil von seinen eigenen Haab und Gütern, wie auch die Wiederlegung und was ihm weiter in der Heirathsberedung verschrieben und vermachts wäre, verwürkt und verloren haben b). Quin adeo per ius Baadense hoc permittitur: Wenn ein Ehe-Gemücht gegen dem andern eine solche Ursache beginne, die vermög unsrer Ehe-Ordnung, auch die Ehe scheiden könnte: so soll dieselbe auch genugsam seyn, die Enterbung vorzunehmen (a legitima exclusionem (§. XXXVI.).

a) Th. IIII. tit. 24. §. II.

b) Th. VI. tit. 13. §. 2.

c) Th. V. tit. 19.

### §. XXXVIII.

Quae inde sequantur.

Aperte apparet hoc ius non desiderare, vt diuortium fiat actuale, quo satisfactio priuata peti possit, dummodo reconciliatio non adsit. Dicitur enim innocentia et heredi ipsius liberum esse debere, eam satisfactionem habere, dicitur de solo adulterio non injecta mentione diuortii. Eam mentem LEGISLATORIS CLEMENTISSIMI fuisse, patet ex loco ultimo allegato, quo exhere-



heredatio adulterantis permittitur quia opus non foret, si sequuntum diuortium fuisset, unde et non facto diuortio hoc licet. Magis id etiam appareat, si consideramus, hoc quod innocentia parti competit rationem satisfactionis priuatae ex iure BAADENSI habere, dum expresse pluribus locis inculcetur, praeter poenam publicam parti innocentia omni modo reseruari: seine Forderung, von wegen Verewirkung des Ehebrüchlichen Gutes, gegen den Schuldigen vor ordentlichen Gericht in allewege auszuführen a).

a) Th. III. tit. II. §. 1. Th. VII. tit. 29. §. 7. Si opponis in his locis supponi diuortium, non negabo quidem, dicam saltim apparet, esse satisfactionem priuatam hoc quod petitur, et non repugnare haec loca anteriori adductis in eo, ut ne sine diuortio ea satisfactio admittatur.

### §. XXXVIII.

#### C o n c l u s i o :

Puto itaque ea quae iuris communis sunt, in hac specie probari etiam per ius BAADENSE, ut non facto diuortio heredes innocentis contra nocentem tam excipere quam agere, et innocentem contra heredes nocentis vtrunque itidem posse. Vides quoque ad quid secundum IUS BAADENSE haec tam exceptio quam actio tendat. Licit enim causus discreti quos in opella mea seiuunxi et explicau, in Iure BAADENSI non ita speciatim extens, tamen siquidem permisum est in solo adulterio querere satisfactionis priuatae rationem, quis prohibebit, quo minus producatur argumentum a specie expresse in lege obvia ad alias species aequae obuenientes?



NOBI-



NOBILISSIMVM AC DOCTISSIMVM  
**GEORGIVM FRIDERICVM KLOSE**

ENCOMIO SVO COMITATVR  
**COLLEGIVM DISPVTATORIVM**

*INTERPRETE*

B. F. DAEVEL L. L. C.  
 VTIINO - HOLSATO.

*Elegans argumentum est, quod in dissertatione a TE elaborata proponis, et dignum, in quod TVA virtus excurrit. Praesagit animus, quantam laudem ex eius publica defensione sis consequitur. De his aequae ac de TE IPSO sibi maximopere gratulatur nostrum collegium, mibiique manus dulce ac gratissimum demandatum est, vt interpres laetitiae huius effem. Vellemus TE diutius retinere in coetibus nostris, vt, et de TVA amicitia, et de tua doctrina lactos haec tenus acceptos fructus longius percipere liceret. Non vult ita ILLVSTRIS PATER TVVS, repetit TE patria ciuem efformatum, qui SAPIENTISSIMI et NATI IN HVMANAEC NATVRAE DECVS PRINCIPIS cuius vota omnia in terrarum fuarum salute sunt defixa, seruitis mancipandus est. Nolumus TE iam TE nolumus morari, cui tam auguritus ad altiora tendendi aperitur campus. TE saluum, optamus TE incolunum, nostrumque amicum.*



**ULB Halle**  
004 453 824

3



S6





**Farbkarte #13**



1766, 5  
585

DISSERTATIO  
DE  
**VRE CIRCA BONA  
CONIVGVM**  
NON FACTO OB ADVLTERIVM DIVORTIO  
NEC RECONCILIATIONE SEQVUTA  
ADDITA QVADAM APPLICATIONE  
AD  
**IVS BAADENSE**

EAM  
CONSENSV ILLVSTRIS FACVLTATIS  
DIE XXVIII. MARTII A. MDCCCLXVI.

*PRAESES I.D.E.*  
**JACOB OBO RAVE**

PH. ET I. D.  
CVRIA PROV. SAX. ADV. ORD. PHIL. PROF.  
EXTRAORD.

PUBLICAE DISQVISITIONI

SVBMITIT  
**GEORGIVS FRIEDERICVS KLOSE**  
L. L. C.  
BAADA-DVRLACENSIS.

I E N A E  
LITTERIS FELICIS FICKELSCHERRII.